

ita absque humili exercitio non peruenitur ad humilitatem. Habitus quoque vilis humilitatem parit. Ornatus quippe vestium priuationis virtutis humilitatis indicium est. Nemo enim preciosa vestimenta querit, nisi ad inanem gloriam. Propterea humilitatis amator, vestis tibi pura & vilis circumdatur; non ad pulcritudinem, sed propter necessarium tegamētum, ne dum à te foris exquisitus concupitur ornatus, intus humilitatis amittatur amicus.

*Quibus indicus pat. si cognosca, virtutem*

*Quisquis possideat humilitatem*



Mnium rerum (si bene obseruentur) indicia certa sunt, & argumentum morum ex minimis potest cognosci. Sicut in pudicū & lasciuum incessus ostendunt, & flexus oculorum improbum & insanum, sic ex iis quae sequuntur, humilitatis cultor deprehenditur. Propriū humilitatis indicium est fuga altitudinis & dignitatis. Considerat autem humilis, quod quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in maiori versatur periculo; & quanto splendoris honore celsior quisque est, tanto (si delinquat) peccator maior est. Fuerunt namque non pauci, qui in humili constituti gradu seipso optime nouerant gubernare, in laboribus, in vigilis, in abstinentiis, qui quando uelicuti ipsis esse priuatis, & nihil aliud curare, quam propria, humiles erant, & Deo placebant, atque inde non modica philosophia incrementa rapiebant, at ubi fastigiū dignitatis assēcuti fuere, & in publico prodierunt, ac multorum imperitiis emendare necesse fuit, aliqui inter exordia tantum sufferre pondus non potuerunt officij, & se subtraxerunt, qui uero tolerare coacti sunt perdentes conscientiam & humilitatem priore, sibi intulerunt magna dispendia, & nihil alius profuerunt. Haec intelligentes humiles omnem dignitatis altitudinē obhorrent, ne disperdant in pelago, quod magno cū labore in portu adepti sunt. Amor quoque propriae uilitatis humilitatis in signe est testimonium. Verus enim humilis uilis uultu praedicari, non humilis reputari, gaudet contempru sui, laudemque contemnit, tantōque in conspectu Domini sit preciosior, quanto pro amore ipsius est in oculis suis despectior. Sed ualde humilium est sic offenso opere auctoris gloriam querere, ut de illa laude nesciant priuata exultatione gaudere. Aliorū quiescere consilio praecipuū est humilitatis signum. Vera namque discretio, non nisi uera humilitate acquiritur. Cuius humilitatis habetur probatio prima, si non solum uniuersa quae agenda sunt, sed etiam quae cogitantur, referuntur seniorum examini, ut nihil quis suo iudicio credens illorū per omnia definitionibus acquiescat, & quid bonum uel malum debeat iudicare, illorū traditione cognoscat. Re enim uera consilium seniorum ex apertis obsecra estimat, ex paruis magna, ex proximis remota, ex partibus totum. Scit enim quid, quādo aggredi debeat, & citō singula & distincte uidet. Reddit quoque hominem humilem, & fatetur iniuriarum patientia. Qui enim gloria non querit, iniurias non sentit, nec ueretur confundi in praesentia hominum, qui solum gloriam querit apud Deum. Sed nescio quis nostrum hoc humilitatis genus possit implere, ut lacretur opprobrii fama nostra, & exulemus in Domino.

Eleganter itaque legitur in quodam uolumine, Si non queras gloriam, non dolebis, si in gloriosus fueris, quod si gloriam cupis, gloriam respice, & ex humilitate eris omnium gloriosissimus. Secretum etiam diligere est humilitatis indicium. Non enim parci sibi arrogans, non superbus, non cupidus inanis gloriae, mentiturque de se. Verē autem humilis parci animae suae, qui ne pūteretur, quod non est, quantum in se est, uult nesciri, quod est. Postremū libenter obedire certum est humilitatis signum, quod exemplo Christi magis quam auctoritatibus probari potest, de quo Apostolus; Semetipsum exinanuit formam serui accipiens, factus obediens usque ad mortem. Sed etiam patri subdi per obedientiam non est dedignatus ad nostrā instructionem, & nostra superbia confusione, qui frequenter renimus subiecti illis, & superioribus. Disce ergo, o homo, a se terra subdi, disce populis obtemperare, erubescere superbe eīnis. Deus se humiliat, & tu te exaltas; Deus se hominibus subicit, & tu dominari gestis hominibus tuo te praepōnis auctori? O exemplum singularē, o medicinam omnibus consulentem, offensa tumentia comprimentem, omnia tabescentia reficientem, omnia superflua refecantem, omnia deprauata corrigentem. Hanc omnes imitemur, quicumque humilitate adipsi desideramus.

*De quadam speciei virtutis humilitatis.*

C A P. VI.



Quemadmodum ex contrariis elucescunt cōtraria, ita ex diuersimoda uirtutum specie facile deprehenditur ipsarū deorsus, atque simulatio. Quare ut perspicaciter haec in humilitatis uirtute capiat, subnecienda sunt distincte ipsius uirtutis species, quatenus uerā a ficta ualeat lector discernere humilitatem. Est enim humilitas ficta, de qua sic legitur, Est qui nequit se humiliat, & ipsius interiora plena sunt dolo. Quidam enim honores fugiunt, ut honoribus fruatur, fingunt subesse, ut possint praeselle. Hales itam, ut promoti sunt ad dignitatem, in superbiā extolluntur, & in aeternā effrenantur. Non curant prodelle, sed gloriantur praeselle, priores dedignatur, amicos & notos contemunt, sibi pares despicunt, antiquos derident, uultum auertunt, ceruicem erigunt, factum ostendunt, grandia loquuntur, sublimia meditantur, subesse non patiuntur, & omnibus uolunt antepōni; quibus dignitate praecunt. Est & alia humilitas infirma, quae ex tentationis impulsu, aut dispensatione lapsus generatur. Saepē namque pia cōditoris dispensatione agitur, ut de se confidens anima dispensatione tentatione pulsatur, unde infirmata, quid sit inueniat, & praesumpti omnis fastū propriae deponat. Factū igitur est superbis ut ille esse cadere in aliquod apertum & manifestum peccatum, unde per humilitantem infirmatē sibi displiceant, qui antea sibi placebant, dum starent. Salubrius enim Petrus se infirmum conspiciens, humiliante, quando fleuit, quā sibi applausit, quando praesumpit. Hoc protestatur Psalmus, dicens, Imple facies eorum ignominia, & querent te Domine. Oportet namque humiliter sentire de se nitentem ad superiora & altiora, ne dum supra se attollitur, cadat ad se, nisi in se firmiter per ueram humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito

Philipp.

Ecclesi.

Psalm.